



**Jubilæum Sæculare Ecclesiæ Catholicæ Per Septendecim  
Sæcula Militantis & Triumphantis Contra Idololatriam,  
tyrannos, hæreses, schismata, errores, & scandala**


Per Septendecim Sæcula Militantis & Triumphantis Contra Idololatriam,  
tyrannos, hæreses, schismata, errores, & scandala ; Ex Annalibus  
Ecclesiasticis collectum Pro Xenio Oblatum Academicæ Sodalitati  
Dominorum B. Mariæ Virginis Annunciatæ Herbipoli, Anno ...

**Herbipoli, 1699**

Decas X. Ab anno 90. ad annum 100.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64743](#)



## DECAS X.

¶ Ab anno 90. ad annum 100. ¶

¶ 91. **A**POLLONIUS rei Christianæ fortissim  
morareus agitur apud Domitianum  
quod vaticinandi causam de Nervæ futu  
imperio puerum occidisset, sed consuet  
suis præstigiis usus liber evasit, & Ephesum  
ad socios Philosophos reversus, veram  
ligionem iterum omnibus modis impedivit.

¶ (92.) ¶ S. JOANNES Evangelista Romanum  
Martyrio nobilitat, ex ferventi oleo  
illæsus exiens, unde in Pathmos insula  
relegatur.

¶ (93.) ¶ CLETUS Pontifex Romanum  
Martyrium subicit.

Succedit Clemens.

Domitianus insano furore persequitur  
Christianos.

¶ (94.) ¶ AGILIUS Glabrio ex-Consul pro  
fide certat, & leoni objectus, ab ipsa morte  
& illæsus triumphat.

CORNELIA Virgo Vestalium maxima, in  
cessu damnata, & inaudita, viva sub terra  
defoditur.

¶ (95. 96. 97.) ¶ D. JOANNES Evan  
gelista anno 97. scribit Apocalypsim.  
Cerinthus S. Joanni se opponit.

HÆRI

## HÆ RESIS CERINTHI.

S. Irænæus ait, eum negâsse à Deo factum esse mundum, sed à virtute quadam separata, ab ea Principalitate distante.

JESUM non esse natum ut ceteros homines, sed descendisse in eum Christum post Baptismum in figurâ Columbæ. Christum tempore passionis recessisse à JESU, Sic JESUM tantum passum esse & surrexisse, Christum verò immortalem perseverâsse.

Tertullianus afferit, Cerinthum fabulatum esse, quod Deus Hebreorum non Dominus sed Angelus fuerit.

¶(98.) Notarii instituti ad martyrum gesta describenda. Domitianus occiditur a Stephano Clementis Consulis liberto, & Flaviæ Domitillæ procuratore, qui simulans se de conjurationis indicio illi offerre libellum, è brachio, quod ad collum appensum, fractam manum fingens, gestabat, gladium exerens Domitianum confodit, moxque in odium occisi tyranni omnes aureæ & æreæ statuæ illius conflatæ, & arcus triumphales eversi. Ipsam necem, dum fieret, Apollonius Tyanæus Ephesi tunc existens, & ad populum concionatus, vidit (Diabolo id exhibente) & in media oratione exclamavit; Percute Tyrannum, Percute: tanquam rem coram se agi intueretur.

Sue-

44 Ab ortu Christi usq; ad annum 100.

Succedit in Imperio Cocceius Nerva, sib  
quo Joannes Evangelista ex Pathmo Eph  
sum revertitur.

\*(99.)\* Joannes scribit Evangelium,  
itemque Epistolas, Trajanus adoptatur  
Nerva.

\*(100.)\* Trajanus resuscitat perse  
cutionem, prohibitis sodalitiis: qno titu  
lo in Christianos passim sævitum est.

S. Clemens Papa Romanus relegatur in  
Tauricam, & Chersonam perductus, cum  
plures ibi Christianos eadem pœnâ mul  
tatos reperisset, illud solatii eis præstitit  
ut cum maximo labore humeris aquam  
longinquo adferre cogerentur, è terra in  
loco divinitus agni signo demonstrato  
fentem precibus exciverit, quo mi  
raculo plurimi ex accolis ad  
Christum conversi  
funt.



SÆCUL